LACTANTIUS

Oberitalien, 2. Drittel 15. Jh. (nach Wasserzeichenbefund) Seite 141v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

Demūdi fabrica.

piculo & metu constat: excogitauit tamen mechanabile opus: quadam
infinitum multitudinem animarū creare & quas primo fragilibus &
imbecillis corpibus alligatas constitueret inter bonum malumq; medias
ut constantibus ex utrisq; natura virtutem pponeret: ne immortalitatem
delicate assequerentur ac molliter: sed ad illud eterne vite meloqbile premium
cū sūma difficultate ac magnis laboribus peuenirent: Ergo ut eas grauibus
& uerabilibus membris induceret: Quoniam consistere in medio iam
nō poterant ponderibus & grauitate corpis deorsum prementem sedē illis
ac domicilium primo condendum esse decreuit: Itaq; ineffabili virtute
ac potentia preclara mundi opera molitus est: suspensis in altitudine leui
bus elementis & grauibus in ima depressis & celestia firmauit & terrena con
sistuit. non est nece nunc exequi singula: qm in secundo libro uniuersa exe
cuti sumus: Luna igitur posita in celo: quoq; moderatio & claritas & moto
aptissime ad utilitates uiuentium temperatus est: Terre aut: quam sede esse
voluit: fecunditatem uariam gignendi atq; proferendi dedit: ut uberrime fru
gum & herbarū & uirentium pro natura & usu cuiusq; grātis alimonia
ministrarit. Tum perfectis omnibus: que ad conditionem mūdi pertinebant:
hominem finxit ex ipsa terra: quam illi a principio in habitaculum sperauit
sedem spiritum suum terreno corpore induit & inuoluit: ut compactus
ex diuisis rebus ac repugnantibus bonū ac malum caperet: & sicut terra ip
sa fecunda est ad fruges parientes: sic corpus hominis: quod assumptū est
e terra generandi copiam facultatemq; procreande sobolis accepit: utquom
ani mi fragili nia formatus in eternum manere non poterat: pacto tpalis
vite spiritu cederet & illud quod fragile atq; imbecillum gerebat: ppetua suc
cessione renouaret: Cur igitur cum mortalem finxit & fragilem: cū illo
causa mūdum edificasset primū ut infinita uis animarum gignēret
omnemq; terram multitudine oppleret: Deinde ut proponeret homini
virtutem id est tollerantiam malorum ac laborum: p quam posset pre
mium immortalitatis adipisci: Hanc quia homo ex duabus rebus constat cor
pore & anima: quoq; alterum terrenum est. Alterū celeste: due uite homini
attribute sunt: Vna tpalis: que corpori assignatur. Altera sempitna: que
anime subiacet: Illam nascendo accepimus: hanc assequimur laboriso:
ne immortalitas hominis: ut ante diximus: sine ulla difficultate cōstaret:
Illa terrena est: sicut corpus: & ideo finitur. Hec vero celestis sicut anima
& ideo terminū non habet: Illam primā nescientes accepimus: hanc sedu
scientes. Virtuti h. non natura datur: Quia voluit nos deus uitam no
bis in uita compare: idcirco hanc pūrem dedit: ut illam veram & ppetua